... ccc. curruum. expugnauitque eos. nocturno. de ba
rach. de quo in libro iudicum legitur. quia iabin rege cha
naan. affligente filios israel. delbora prophetissa que iu
dicabat israel tempore illo. precepit barach filio aby
noen. ut assumeret. x. milia pugnatorum secum. et ueniret
contra sysaram principem exercitus iabin. qui dixit se ire. si ipsa
cum eo iret. itaque iuit et ipsa cum eo. dominus autem exterruit exerci
tum iabin. quem congregauerat sysara ad torrentem cyson.
fugitque ad tentoria iahel uxoris abercynei. ubi
cum absconditus dormisset. iahel clauum tabernaculi
percussum cum malleo. defixit in cerebrum eius. usque ad terram.
et mortuus est. et ecce barach sequens sysaram ueniebat.
egressaque iahel in occursum eius dixit ei. ueni et ostendam
tibi uirum quem queris. qui cum intrasset uidit sysaram iacentem.
mortuum. humiliauit ergo deus die illo iabin regem cha
naan coram filiis israel. Et de sanson. qui ut legitur in
libro iudicum. afflixit uehementer phylisteos. et de iep
te. qui cum iret ad pugnam contra hostes. uouit domino. quem